

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1763**

Fridericus

[urn:nbn:de:bsz:31-295084](#)

*Liecheneck & Nünburg* cum filio suo egerit, se servaturum promisit. *S. Herm. Ducis de Tecke. S. Johannis Comit. de Fürsteberg.*

## F R I D E R I C U S.

## §. XXVI.

Pater 150. marcarum argenti redditus perpetuos medio anno 1330. & octennio post Judæos Friburgenses ad decennium Friderico huic filio concessit. Landgraviatum Brisgoviae, ab affinibus Hachbergæ Marchionibus sibi oppigneratum, idem vivo patre administravit, ejusque investituram a Ludovico Imperat. A. 1334. obtinuit, ut in Landgraviatus historia clarius docetur. Fridericus tamen patri suo Conrado judicij Provincialis exercitium pro dimidia emolumentorum parte ad tres annos A. 1336. reliquit. A. 1349. Fridericus Argentinibus sese junxit contra eos, qui Judæos combustos forent vindicaturi. (i)

Ortam inter Fridericum & Eginonem fratres de banno ferino & argentifodinis Brisgoviae controversiam Johannes Episc. Basil. judicio feudali A. 1351. ita decidit, ut dimidium hujus juris five feudi Basil. partem Egenoni juniori omnino addiceret. Paulo post inter fratres hos convenum, ut suam quisque banni ferarum

Acta  
cum  
patre.

Cum fra-  
tre.

(i) SCHILTER ad Kœnigshoven pag. 1049.

partem alienaret pro lubitu. Partem suam Fridericus Comes Marchioni Heinrico de Hachberg jure feudali A. 1356. concessit. Sed anno sequenti, post mortem Friderici, Curia feudalis Basil. bannum illum integrum, excluso Marchione, soli Egenoni Comiti, Friderici fratri, adscripsit.

Cum aliis. Jus patronatus & vicum Eistat, ab Usenbergicis Dynastiis refutatum, rogantibus iis, Gerhardo Schultheisio de Endingen, Mili, aliisque contulit Fridericus, à quo anno superiore vicorum Betzingen & Schaffhusen partem Wisenecii & Falckensteinii Nobiles se accepisse testati sunt.

### §. XXVII.

Iu sententia Parium Curiæ Episcopatus Basil. data IV. Mart. 1357. Fridericus Comes mortuus scribitur.

Mors ejus. Uxor ejus fuerat Anna, Rudolfi Marchionis Hachberga-Sausenbergici filia, cui pro dote 700. marcas argenti debebat frater, Henricus Marchio, qui Friderico affini & patri ejus Conrado Landgraviatum Brisgoviae A. 1318. oppigneravit. (1)

Uxor. Annum mortis Annae hujus docet Epitaphium, in Choro Ecclesiæ Dominicanorum Friburgi superstes: „ Anno Dni „ M. CCC. XXXI. pridie Kal. Marcii ob. Dna Anna Comitissa „ Friburgensis ac Lantgravia Brisgaudie.

(1) Vid. infra in Landgrav. Brisgoviae.

Filiam unicam, quam novimus, Fridericus reliquit, Claram, Filia.  
 Palatino Tubingensium Comiti, Gozoni, nuptam, cui Friburgenses  
 parere maluerunt, mortuo patre, quam Egoni patruo, unde  
 Comitissae & Dominæ Friburgi titulum assumisit. (m) Pridie Omn.  
 Sanct. 1357. Johanni Usenbergico, ut vicum Eistat salvo redemtionis  
 jure venderet, permisit. Cessit tamen mox patruo, mille marcis  
 ac duobus castris *Lichteneck & Nünburg*, quæ retinebat, contenta. (n)  
 Jus relutionis in Nunburgo post 50. annos pro 370. marcis Egenoni  
 ejusve heredibus competere, A. 1368. Clara hæc scripto professa est.

## E G E N O I V.

## §. XXVIII.

In feudis Imperii Egeno fratri suo Friderico statim successit. Horum investituram nomine jussuque Caroli IV. Imp. a Johanne Episcopo Argent. sub finem A. 1356. impetravit. Quadriennio post ab ipso Cæsare de Friburgensi Dominio, Landgraviatu Brisgoviae & Judæis, Friburgi habitantibus, Egeno investitus est. (o)

Investi-  
tus de  
feudis.

## I i 2

(m) *Clara Pfallenzgræfin von Tübingen, Græfin und Frau zu Freiburg.*

(n) *Chron. Friburg.* pag. 32.

(o) GLAFÉY *Diplomatar.* num. 205. HERRG. *Genealog. Habsb.* Tom. III.  
 num. 817.